in Gnaden zu erlassen, und von allen und jeden, die zu dieser Abgabe verpflichtet sind, es seyen Weltliche, Geistliche, Bürger, oder Dorf-Gemeinen, nur die Bezahlung der September-Rate, des ganzen sowohl, als des halben Rauchfangs-Geldes, zu verlangen.

kich, ktorzy do tego Podatku obowiązani są, niech będą Swieccy, Duchowni, lub Gromady albo też Miasta, pożądać.

Es wird jedoch zugleich hierdurch erkläret, daß dieser, im Ganzen eine sehr bedeutende Summe betragende Abgaben-Erlaß, als eine Entschädigung, wegen der durch die vorgewesenen Kriegs-Unruhen für die hiesigen Unterthanen entstandenen Lasten, als: Lieferung, Einquartierung, Fuhren ꝛc. anzusehen, und zu betrachten sey, und daß durchaus

Przy tym deklaruie się niniejszym, iż takowe, w Całości bardzo znaczną Sumę wynoszące Ustąpienie Podatku, iako Nadgroda, pod czas Zamieszania Krajowego ponoszonych Uciężliwości, to iest: Furażiu [illegible] runkow, i Podwod etc. być powinno, a iż dal[illegible] groda nastąpić nie może[illegible]

richtete Königliche Creis-Steuer-Amt bestimmt, und zugleich festgesetzt, daß mit dem Tage des ersten November mit Einzahlung der Steuern der Anfang gemacht werden soll, und zwar dergestalt, daß vom
bis zum
aus dem Fürstenthum Siewierz, vom bis zum
aus dem Königl.
Preuß. Antheile des Lelower Creißes, vom bis zum
aus dem Königl.
Preuß. Antheile des Xiasker Creißes, und vom bis zum
aus dem Königlich

ustanowia się, ażeby z dniem pierwszego Mca Listopada Percepta zaczęła się, tym sposobem, iż od dnia 20 Listopada do dnia 27 Listopada z Xięstwa Siewierskiego, od dnia 27 Listopada
do dnia 4 Grudnia
z Części Pruskiey Powiatu Lelowskiego, od dnia 4 Grudnia
do dnia 11 Grudnia
z Części Pruskiey, Powiatu Xiążkiego, a zaś od dnia 11 Grudnia
do dnia 18 Grudnia.
z Części Pruskiey, Powiatu Krakowskiego, wszystkie i każde Podatki oddane być powinne, bo

EXERCITATIO POLITICA,

Ostendens

Tùm ratione, tùm inductione

ANTIQUARUM RERUMPUBLICARUM,

â Majestate leges de victu, amictu & habitatione ferendas esse,

CUJUS PARTEM POSTERIOREM,

Christo feliciter adjuvante,

AMPLISSIMÆ FACULTATIS PHILOSOPHICÆ CONSENSU,

In

ACADEMIA REGIOMONTANA,

Eruditorum Examini subjiciunt

PRÆSES

M. CHRISTIANUS HELWICH, Domnav. Pruss.

ET

RESPONDENS

JOH. THEOD. Straßburg/Reg. Pruss.

IN AUDITORIO PHILOSOPHORUM,

Anno 1694. *die Januarii.*

REGIOMONTI, Typis REUSNERIANIS.

VIRIS

Nobilissimis, Consultissimis, Amplissimis & multô rerum gravissimarum usu exercitatissimis

DN. CHRISTIANO FEYRABEND/

Consuli Reipub. Cneiphovianæ gravissimo, meritissimo,

Avunculo plurimùm venerando:

DN. GEORGIO DITMER/

Senatori Palæopolitano & Judici dignissimo, meritissimo,

Avunculo propter innumera beneficia Patris instar ad urnam colendissimo.

Ut &

VIRIS

Spectatissimis, Experientissimo, Honoratissimis

DN. FRIDERICO MEYER/

Pharmacopæo maximè felici & industrio,

Affini, Tutori & Hospiti honorando.

Nec non

DN. CHRISTOPHORO MEYER/

Mercatori primario florentissimo,

Affini & Fautori suspiciendo.

Has pagellas in gratissimi animi signum, benevolentiæ ulterioris incitamentum & studiorum commendationem manu devotâ

offert

JOH. THEOD. Straßburg/
Reg. Pruss.

§. VII.

EX Persarum Republicâ ad Græcorum Politias pedem promoveamus, & breviter, num leges quædam de victu, amictu, ædificiisque viguerint, indagemus. Primò autem locô sese nobis obvertit Atheniensium Respubl. quæ nulli inter reliquas cultu cessit, postquàm formata est á Solone, de cujus legibus exceptô eô, quod præ manibus est, negotiô prolixè commentantem lege Ubbonem Emmium Tom. 3. Veter. Græciæ â pag. 13. Vestigia quædam legum de dictis capitibus in antiquis Autoribus passim reperimus. Nam ut omittamus, quæ aliàs de victu Atheniensium referuntur; vg. quòd parùm ederint: testante Eubulo apud Athenæum lib. 10. p. m. 417. unde etiam commune illud *eos comedere auram & spem epulari*, & Lynceô Samiô apud Athen. lib. 4. Dipnosoph. cap. 4. p. m. 132. Ut etiam non memoremus, quòd salsamentorum adeò amantes fuerint, ut Chærephili salsamentarii filios civitate donârint, sicuti idem Scriptor refert lib. 4. ex Alexi & Hyperide p. m. 119. & seq. ut prætereamus, quòd ungventa summo in honore apud eos fuerint, prout sæpiùs laudatus Autor lib. 15. narrat p. m. 691. Memorabile omninò est, quòd apud eundem Athenæum in lib. 4. p. 137. legimus, nempe Solonem jussisse, ut iis, *qui in Prytaneo alebantur, maza præberetur · diebus verò festis panis adhiberetur.* Philochorus apud eundem Athenæum lib. 1. p. 9. scribit: *cùm Athenis defuisset aliquandò soboles pecoris, prohibitum fuisse, nequis intonsum impexumve agnum comesset.* Omninò autem hìc referendum est, quod Plutarchus in [So]lone narrat p. m. 90. Solonis leges non permisisse, *[ut] proficiscens mulier plus cibi vel potûs secum ferret, qu[am] emptum, neque calathum cubitali majorem.* De

prætereo illud Solonis de epulatione in publico institutum, quod ipse παρασιτεῖν appellat, de quo mentionem facit Plutarchus in Solone p. m. 92. Præterea cùm, teste Julio Polluce lib. 8. Onomastici, Athenienses tunicâ talari uterentur, sine dubio illud ex instituto legum fluxit. Magis nostro inservit proposito, quod habet Herodotus in 5. historiæ, ubi memorat, quòd, cùm Atticæ mulieres gestâssent *vestem Corinthiæ simillimam, eam decreto Atheniensium in Jädem mutârint, ne fibulis uterentur.* Eodem pertinent leges Solonis non permittentes mulieri urbe exeunti, plures quàm *tres habere stolas*, teste Plutarchô in Solone l. c. In Laconicâ Republicâ non insuper habita sunt ista legum capita: nec dubitandum est, quin victus & vestitus civium Lycurgo fuerint curæ: nam ut cum Ubbone Emmio ex Tom. 3. Vet. Græciæ pag. 78. loquamur: *In informandâ Republicâ & legibus scribendis huc præcipuè velut ad scopum collimat Lycurgus, ut populum universum assvetudine à teneris ad parendum legibus & legitimis imperiis, ad justè parceq; vivendum, ad comprimendas cupidines -- -- redderet promptiorem.* Quoniam verò Emmius Autores in medium non protulit, operæ erit pretium quosdam interserere, & eorum testimoniis assertum Ubbonis roborare. Prodeat ergò primùm ipse Plutarchus, qui in vitâ Lycurgi Tom. 1. Operum p. m. 45. *Invexit*, ait, *insigne institutum, conviviorum formam, unâ ut cœnarent frequentes, communibus & præscriptis Obsoniis atque epulis, domi ne vescerentur in sumptuosis lectis & mensis de macellorum & coquorum manibus in tenebris velut voraces pecudes saginantes se labefactantesq; unâ cum moribus corpora in* ...*em luxuriam projecta & crapulam.* Id fortè etiam voluit ..., referens Lycurgum *parsimoniam omnibus svasisse.* ...d. eorundem lib. 1. victum frugalem commendat. Apud ... lib. 6. eorum victus parcus, ejusque condimenta, labor ...atu, sudor, cursus, fames, sitis laudantur. Nec aliò

spe-

ſpectant iſta ex Heraclide de Republ. Lacedæ moniorum, quæ Heinſii ſunt adjecta paraphraſi p. m. 7. *Triticum apud eos nemo pinſit; neque enim tritici farinâ veſcuntur ſed hordeô.* Eandem frugalitatem loquitur idem inſtitutum, quod pag. 5. ibidem adducitur: *Pueros ſuos nutriunt* ὥστε μηδέποτε πληροῦν, quod ibidem redditur, *citra repletionem, ut aſſveſcant, cùm opus eſt, famem tolerare.* Iidem intemperanter bibere quenquam volentem compellabant: *Scythiſſato*, id eſt agito ſcytham, apud Herodot. l. 3. Si credimus Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2. Lycurgus per phiditia ad frugalem vitam & moderatum victum aſſvefecit. Unde & Plutarch. in Lycurgô p. m. 46. *pueros ad hæc convivia ſicut ad ludum temperantiæ ventitâſſe* ſcribit. Uſque adeò temperanter viventibus mirum non eſt, ſi *corporis tumor in aqualiculum projectus & propenſus inſigni probro fuerit*, teſte Agatarchide apud Athen. lib. 12. Dipnoſoph. p. m. 550. De veſtitu Lacedæmone quaſdam fuiſſe leges indubitatum eſt: nam quemadmodum omnes Græci neſcio ex quo inſtituto, primis temporibus veſte Medicâ ſunt uſi apud Thucyd. lib. 1. ita etiam luxuriante Græciâ reliquâ, Lacedæmonii in tenui amictu ex inſtituto perſtiterunt. Nam ut rurſùs Heracl. loco. cit. p. 5. *Spartanis fœminis ornatus omnis interdictus: neque eis licet ſe comere, vel aurum geſtare.* Inter Laconica inſtituta Plutarch. in lib. de illis ſcriptô refert etiam hoc p. m. 237. A. *quòd permanerent absque togâ, & unicam in annum ſumerent togam: eſſentque corpore ſqualidô, quòd lavacris & unctione plerumque abſtinerent.* Veſtitûs illis curam fuiſſe etiam hoc arguit: quòd victis Archivis Lacedæm. legem tulerint, ut in poſterum comati eſſent, cùm antea non fuiſſent ex teſtimonio Herodoti l. 1. coma enim ad veſtitum naturalem refertur. Porrò Lycurgus non infra ſuam dignitatem exiſtimavit eſſe quicquam de ædificiis decernere: nam altera, ſunt verba Plutarch. in Lycurgo p. m. 47. *rhetra* (leges ſuas rhetras

Lycurgus appellavit, teste Plutarch. in vitâ ejus Conf. & Varin. in Etym. & Suidam in lex.) *est adversus luxum, ut quævis domus fastigium securi fabricatum haberet, fores serrâ nec aliud instrumentô ullô:* quod etiam testatur Thucyd. l. 1. Xenophon. lib. 6. Rerum Græcarum. His suis institutis mores civium Athenienses & Lacedæmonios voluisse formare & sanitati consulere Autoris citata verba satis aperiunt. Imò Lycurgus & postremo hoc suo instituto, quod minus verisimile erat, non nisi luxuriam eliminare laboravit, ratus talem domum deliciarum & lautitiæ haud esse capacem apud Plutarch. lib. citato.

§. VIII. Verùm lustremus adhuc alias Græcorum Respubl. & num eadem obtinuerit disciplina videamus. Meritò autem primum Cretensium Politiæ post Lacedæmoniorum Remp. locum dabimus, cùm ipse Lycurgus â Cretensibus leges suas esse mutuatus videatur: nam teste Luciano de Gymnasiis Tom. 2. p. 297. cùm jam esset *provectæ ætatis, leges Lacedæmoniorum condidit è Cretâ reversus, cùm apud Cretenses hospes vixisset, quoniam ipsos, quibus leges tulisset Minos, optimis juribus instructos* audiverat. Conf. Aristot. lib 2. Polit. cap. 10. in principio. Et ne hâc in re animo fluctuemus, suas leges ipsa Creta Minoi transcribit, de quibus hic Jovem consuluerit, non tantùm apud Pausaniam & Aristot. ac Heracl. Pont: sed & apud Platonem tàm in Minoë, quàm 1. de legibus: Cretensium igitur leges nobis potissimùm erunt excutiendæ, præprimis cùm ex testimonio Strabonis lib. 10. Geograph. p. m. 542. in confesso fuerit, *Cretam priscis temporibus legibus optimis fuisse compositam, ideoque ad sui imitationem pertraxisse Græcorum præstantissimos & inprimis Lacedæmonios.* Egregium, & quod vel unicum sufficere posset, Legislatori huic prohibet testimonium Aristot. l. 2. Polit. cap. 10. ante medium: Πρὸς τὴν ὀλιγοσιτίαν ὡς ὠφέλιμον πολλὰ πεφιλοσόφηκεν ὁ νομοθέτης: hoc est, Interprete Lambino: *Ad victûs parsimoniam cibiq; pauci-*

tatem

tatem ut rem utilem multa ſapienter & acutè excogitavit Legislator. Hoc loco Ariſtoteles victûs paucitatem nominat rem utilem, nimirum ut optimè Montecatinus in Scholiis ad hunc locum p. m. 194. addit, *ad tolerantiam & tandem ad belli munera functionesque militares.* Socrates quoque inſignem apud Platonem in Minoë ſive Dialogo de lege ſub finem p. m. 47. Minois legem prædicat: *In Cretâ*, inquit, *præter cæteras ipſius Minois leges hæc exſtat :* Μὴ συμπίνειν ἀλλήλοις εἰς μέθην :hoc eſt Interprete Ficino: *Ne invicem compotetis ad ebrietatem.* Ut prætereamm multa alia, quæ victum eorum concernunt, E. g. quòd nemo cibum unquam guſtârit cubans, teſte Cicerone pro Muræna: quòd epulentur omnes in thronis ſedentes &c. apud Heraclidem. Modò unicum ex Pyrgione locum, quem adducit Athenæus lib. 4. Dipnoſoph. p. m. 143. recitabimus: *Cretenſes bilariter ſedentes epulantur. Pupillis edulia nullô mangoniô culinariove artificio condita præbentur. Adſtant & miniſtrant, qui maximè juvenes ſunt. Fauſta precati Diis libant, ac deindè omnibus eorum, quæ appoſita fuêre, portionem ſuam tribuunt. Gnatis ad ſubſellia patrum ſubſidentibus ejus dimidium datur, quod viri accipiunt; at pupillis, quantum viris ipſis, ſed pupillis absque condimento, & ea, qualia pro unius cujusque civitatis legibus præfiniunt* καθ' ἕκαστα τῶν νενομισμένων. De Carthaginenſibus non eſt quod ex antiquis circa hanc materiam adduci poſſit; obſequii gloriam illis vendicavit in præſenti negotio Trogus lib. 19. ſcribens: *quòd caninâ veſci edicto Darii Regis probibiti paruerint.* Ex uno autem hoc citra detorſionem iſtud concludas, in rebus victum concernentibus quorundam conſvetudini ſuperioris poteſtatis decreta interceſſiſſe, id eſt, de illis fuiſſe latas leges. Ubbo Emmius Tom. 3. Vet. Græc. p. 172. illud præterea laudat tanquam præclarum, quòd ebrietatem & compotationes abominata ſit civitas Carthago, *multorum malorum cauſas & virtutum certiſſimas peſtes.* Apud

Phi-

Phigalenſes aliquid lege cautum erat de cibis. Huic rei fidem facit Athenæus ſæpiùs laudatus lib. 4. Dipnoſoph. p. 149. citans Harmodium, verba ejus hæc ſunt: *Erant autem hi cœnæ miſsûs, caſeus, phiſte, maza* (Mazam Heſychius interpretatur ἄλφιτα, πεφυρμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ) *ut lege cautum erat.* Ad Syracuſios devolvimur, apud quos in uſu fuit lex quædam frugalitatis magiſtra, inſolentiam in veſtitu reprimens. Phylarchum iterum ab Athen. lib. 12. p. 521. citatum advocamus teſtem: is enim lib. 25. hiſtor. ſcripſerat: *Lege ſanctum fuiſſe apud Syracuſios, ne auro fœminæ ſeſe ornarent. ne veſtes, aut florido colore tinctas, induerent: aut quibus attexta aſſutave eſſet purpura, niſi quæpiam proſtibulum aut vulgare ſcortum ſe eſſe profiteretur;* ſtatim, ita pergit prælaudatus Autor, *etiam aliâ lege tradit, ne viri formæ ac pulchritudini ſtuderent, ne curiosô ſe veſtitu & ab aliis diversô oſtentarent.*

§. IX. Immoraremur recenſendis Græcorum inſtitutis adhuc diutiùs, niſi nos Romani Imperii amplitudo (nam Roma ut eſt apud Athenæum lib. 1. Dipnoſoph. p. 20. *eſt totius orbis compendium*) maturè invitaret. In hâc Republ. multæ viguerunt leges ſumptuariæ, quas Cato Cenſorius appellabat cibarias. Inter illas Orchia, Fannia, Didia, Licinia, Amilia, Antia. De Orchiâ Macrobius lib. 3. cap. 17. *Prima*, inquit, *omnium de cœnis lex ad populum Orchia pervenit, quam tulit C. Orchius tribunus plebis de Senatûs ſententiâ, tertio anno, quàm Cato Cenſor fuerat.* In hâc lege etiam numerus convivarum præſcribitur. Cùm vero Reſpubl. ex luxuriâ conviviorum majora, quàm credi poteſt, detrimenta pateretur, & eò res rediiſſet, ut, gulâ illecti, pudicitiam & libertatem ſuam venditarent, plerique ex plebe Romanâ vino madidi de Reipubl. ſalute conſulerent, Fannius juxta Gellii opinionem anno 88. ab urbe conditâ legem tulit. Verba Gelli in lib. 2. c. 24. Noct. Att. hæc ſunt: *Ludis Megalenſibus Principes Civitatis*

mu-

mutua inter se convivia agitabant: qui vetere S. C. quod factum est C. Fannio & M. Valerio Coss. jurare cogebantur conceptis verbis apud Consules, non ampliùs in singulas cœnas sumptûs esse facturos quàm centenos vicenosq; æris præter olus & far & vinum, neque vino alienigeno, sed patrio usuros, neque argenti in convivium plus pondo quam libras centum illaturos. H. J. Quòd modum sumptibus centum assibus fecisset, â Lucilio Poëta festivè centussis vocatur. De Fanniâ lege conferatur Athenæus lib. 7. Dipnosoph. in fine p. m. 274. Fanniam legem post annos decem & octo lex Didia consecuta est. Ejus ferendæ, loquimur cum Aldo Manutio Antiquitat. Roman. lib. de legibus Editione Venetâ 1559. pag. 93. fac. alt. *duplex fuit causa; prima & potissima, ut universa Italia, non sola urbs lege sumptuariâ teneretur, Italis existimantibus Fanniam legem non in se, sed in solos urbanos cives esse conscriptam; deindè ut non soli, qui prandia cœnasve majori sumptu fecissent, sed etiam qui ad eas vocati essent, atq; omninò interfuissent, pœnis legis æquè tenerentur.* Hanc Licinia excepit, cujus summa fuit, ut Calendis, Nonis, Nundinis Romanis cuique in dies singulos 30. duntaxat asses edendi causâ consumere liceret, cæteris verò diebus, qui excepti non essent, ne ampliùs apponerentur quàm carnis aridæ pondo tria & salsamentorum pondo. Paucis interjectis annis Antius Restio aliam tulit legem, quæ tamen obnitente luxuriâ & vitiis dominantibus non est observata. De vestitu num fuerint leges latæ rursùs dubitare nos non patitur lex, quam vocat Plinius lib. 35. hist. nat. Metellam, quæ lata est ab urbe conditâ 533. quâ fullonibus ratio poliendarum vestium præscribebatur. Et Oppii lex jussit, nequa mulier plus semianciâ auri uteretur, neve vestimento versicolori indueretur, neve juncto vehiculo in urbe oppidove aut propius indè mille passus, nisi sacrorum publicorum causâ veheretur. Et cùm ob Ciceronis

calamitatem vestem mutâssent, priùs non destiterunt, quàm edicto Consulum prohibiti fuêre, teste Dione lib. 38. hist. Rom. p. m. 76. Conf. eundem lib. 39. p. m. 115. & lib. 40. p. 161. & pag. 364. Eadem ipsa cura etiam eluxit postmodùm, cùm Romani Imperatores rerum potirentur. Quid tempore Tiberii contigerit, narrat Tacitus lib. 2. Annal. cap. 33. in princip. his verbis: *Proximo Senatûs die multùm in luxum civitatis dicta à Q. Haberio Consulari, Octavio Frontone Preturâ functo: decretumq;, ne vasa, auro solida, ministrandis cibis fierent; ne vestis serica viros fœdaret. Excessit Fronto, ac postulavit modum argento, supellectili, familiæ.* Hæc Tacitus. Tribunos plebis penulis pluviæ tempore uti solitos Spartianus in Hadriano p. 13. refert. Alexander Severus quòd in *animo habuerit omnibus officiis genus vestium dare, & omnibus dignitatibus, ut à vestitu dignoscerentur: & omnibus servis, ut in populo possent agnosci*, refert Ælius Lampridius in Alexandro Severo cap. 25. p. 536. inter Scriptores hist. August. Edit. Lugd. Bat. in Octavo. Cùm verò hoc Ulpiano Pauloq; displicuisset dicentibus, plurimum rixarum fore, si faciles essent homines ad injurias, tùm, ut pergit Ælius Lamprid. *satis esse constituit, ut Equites Romani à Senatoribus clavi qualitate* (Salmasio Ælius qualitatem videtur dixisse pro quantitate) *discernerentur. Penulis intra urbem frigoris causâ ut senes uterentur, permisit*, (Salmasii commentarium denuò inspicere non pœnitebit) *cùm id vestimenti genus semper itinerarium aut pluviæ fuisset. Matronas tamen intra urbem penulis uti vetuit, in itinere permisit.* Uno verbo: *Romæ, testante Possidonio, patriis institutis familiaris tolerantia, tenuisq; victus illis fuit, & aliorum omnium, quæ possiderent, simplex & absq; morosâ curâ facilis & vulgaris usus. -- -- Nihil amplius, quam quod natura poscit, nobis vestium est, nec proximè corpus, nec*

indu-

indumentorum externorum; exigui pretii amictus calceatusque: pileo caput opertum ex ovium pelle villosâ &c.

§. X. Cùm verò ſeneſcente Imperio Romano aliæ gentes longè lateque imperarent; an aliquid etiam de victu præceperint, excutiendum. Euricus Rex, qui etiam Euridicus vel Theodoricus â nonnullis vocatur, fuit is, qui primus ſcripto leges promulgavit, teſte Iſidoro Hiſpal. in Chron. ſuo. In lib. 12. tit. 3. c. 7. pag. 225. Errigius Rex, occaſione ſibi â Judæis datâ, interſerit quædam, quæ eum non fuiſſe prorſùs in hâc re negligentem apertè docent: integram conſtitutionem adſcribemus ita ſonantem: *Illud ſanè, quod Judæorum deteſtabilis converſatio Judaicâ ſuperſtitione pollutior mundas ab immundis dijudicans eſcas, aliud aſſumit, aliud rejicit, in quacunq; hujus obſervantiâ inventus fuerit error, id eſt, ut aliter id faciat, quàm honeſta Chriſtiani moris eſt conſuetudo: tunc Judicis inſtantiâ, in cujus territorio actum extiterit, turpiter decalvetur, & centenis verberibus feriatur. Hujus ſanè legis omnimoda præceptionis integritas, ſicut de eſcis, ita & de poculis obſervanda eſt, ſcilicet ut ſuperioris jacturæ ſupplicium perferat. Simili quoque ordine & illi, qui â Chriſtianis poculis ſe abſtinere præſumpſerint, patiantur. De eſcis tamen, id eſt, de porcinis tantùm carnibus id diſcretâ nec remiſsâ pietate decernimus: ut quicunque ex illis de ſuillis carnibus veſci penitùs abhorreſcunt: ſi fortè, naturâ faſtidiente, refugiunt, & non more illo perverſitatis hoc ipſum dijudicantes contemnant, præſertim ſi in cæteris operibus Chriſtianis ſimiles habeantur, & Chriſtianitatis ab eis non defuerit votum, atq; omnimodæ operationis ſtudium: tunc hi tales, qui fideles in reliquis converſationibus approbantur, pro hâc ſolâ rejectione ſuillarum carnium ad jacturam legis ſuperiùs comprehenſam teneri non poterunt. Quin valdè videtur æquitati contrarium, ut quos manifeſta operum Chriſti nobilitat*

 fides,

fides, pro solâ rejectione unius cibi teneantur notabiles. In Edicto Theodorici cap. 137. p. 257. hùc pertinere videtur, quod sequentis est tenoris: *Si quis nesciens alienam aream esse ædificium in eâ constuxerit, sumptûs, quos fecit, recipiat; sed amittat, quam in solo alieno fecerit, mansionem.* Nescio an etiam Gundebaldo Autori legis Burgundionum hujus rei cura sit transcribenda: nam cap. 38. p. 282. ita legimus: *De Legatis verò extranearum gentium, ut dictum est, id volumus custodiri, ut ubicunque eos mansio contulerit, unum porcum aut unum berbicem præsumendi habeant facultatem: & qui fieri prohibuerit, VI. Sol. mulctæ nomine cogatur exsolvere.* In lege Bairrariorum Tit. 18. cap. 3. p. 435. vestitui mortuorum cavetur: quod fit etiam in lege Ripuariorum cap. 85. p. 469. in fine. nec non lib. 3. Constit. Sicular. tit. 60. pag. 821. In iisdem constitutionibus Siculis lib. 1. tit. 9. Imperator Fridericus p. 705. in principio aliquid de habitu decernit, verba ejus hæc sunt: *Quia tantùm violentis & homicidiis ipsis armorum interdum prohibitorum portatio causam præstat: occurrere potiùs eligentes in tempore, quàm post exitum vindicare, præsenti lege omnibus regni nostri fidelibus prohibemus, ut nullus arma molita & prohibita, cultellos & enses, lanceas, panceneas, scuta vel loricas, clavas ferreas & etiam alia omnia, quæ nocendi magis causâ, quàm alterius, cujuscunque liciti operis gratiâ sunt parata, secum deferre præsumat.* Conf. etiam Carol. M. Capitul. lib. 3. cap. 4. p. 874. & eodem lib. cap. 22. p. 877. ita injungit, *ut nullus ad mallum vel ad placitum infra Patriam arma, id est, scutum & lanceam gerat.* Et lib. 6. cap 169. p. 1005. Sacerdotes jubentur *stolas portare propter signum castitatis.* Et in lib. 3. tit. 29. p. 803. de novis ædificiis habentur duæ quædam constitutiones; in Capitulis Caroli M. & Ludovici Pii ab Ansegiso Abbate & Benedicto Levitâ collectæ lib. 1. duæ habentur leges,

quæ

quæ hoc loco nequaquam sunt omittendæ, scilicet cap. 144. p. 853. præcipit, ut nemini liceat alium cogere ad bibendum, nisi quantum ei sufficit. Ea autem, quæ ordine est 167. & reperitur p. 855. vult, ut, ita habent verba, *primò omnium seniores semet ipsos de ebrietate caveant, & eorum junioribus exemplum bonum sobrietatis ostendant.* Conf. etiam lib. 3. c. 72. p. 884. & lib. 5. cap. 96. p. 943. hæc habentur: *Magnum malum ebrietatis, unde omnia vitia pullulant, modis omnibus cavere præcipimus.* Rigida prorsùs est constitutio de Clericis ebrietati deditis lib. 7. p. 1076. eos corporali etiam supplicio subjiciens. De Xenodochiis, Prochotrophiis, Nosocomiis, Orphanotrophiis, Gerontocomiis, Brephotrophiis aliqua lib. 2. cap. 29. p. 866. & 867. tradita invenies: etiam de locis jam dudùm sacris & nunc spurcitiâ fœdatis sancitum leges lib. 4. cap. 53. p. 901. *ut juxta possibilitatem in antiquum statum reformentur.* De monasteriorum loco vel ædificiis providendis lib. 5. cap. 78. p. 940. inter alia jubet missos Carolus perspicere, num *in aperto & congruo loco sint posita, ubi commodum ac necessarium posset acquiri, quod ad utilitatem pertinet monasteriorum.* Conf. cap. 117. p. 945. & 144. p. 949. & 187. p. 960. ut & 229. p. 967. lib. 6. autem cap. 43. p. 987. ita legimus: *Cùm ædificaveris domum novam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sangvis in domum tuam, & sis reus labente alio & in præceps ruente.* Imò hic Imperator ad minutias usque descendit, cap. 219. p. 965. præcipiens: *ut unusquisque Presbyter missam ordine Romano cum sandaliis celebret.* Ad superstitiones referimus, quod in capitul. additione primâ â c. 8. usque ad 10. traduntur de volatilibus pomis & lactucis â Monachis non edendis, & quæ 19. & 20. cap. de cucullæ mensurâ ac vestimento nec satis pretioso nec satis vili dando multaque alia, quæ non tædio lectionis, sed quòd minoris sint commatis, studio prætervehimur,

mur, rati, ſatis patere etiam legislatores gentium non usque adeo, prout ſcilicet temporum tunc captus ferebat, literis & moribus excultarum, noſtra de victu, amictu, habitatione capita ſilentio non præteriiſſe.

§. XI. Nec dubitandum, quin antiquiſſimis temporibus certæ de victu, amictu & habitatione fuerint obſervatæ ſive conſvetudines ſive leges etiam ab aliis gentibus, licet Scriptores iſtud nequaquam commemorent. Cui rei argumento eſt, quòd Scriptores populis integris unam vivendi rationem tribuant, quæ victûs, amictûs & habitationis paritas legem & conſvetudinem præſupponere videtur; his enim repagulis remotis vix intra uniformem gentes vivendi rationem ſe continuiſſent. Hoc fundamento nixus non temerè Æthiopibus, Aſſyriis & aliis populis tales quiſquam leges adſcripſerit. His enim ut multi alii, ita potiſſimùm Strabo magni judicii Scriptor ſub Tiberio certam vivendi rationem tribuere non eſt veritus. De Æthiopibus lib. 17. Geograph. p. m. 948. Edit. Baſil. Gr. Lat. *vivunt milio & hordeo, ex quibus potum ſibi conficiunt, butyrum & adipem pro oleo habent.* H. J. Hi fortè fuerunt cibi plerisque communes, â quibus aliqui diverſum ſequebantur, qui, ut ibidem addit. *herbâ veſcuntur, & frondibus tenellis & calami radice, carnibus, lacte & caſeo utuntur.* De domibus p. 949. in princip. ait: *Oppidanæ domûs ex palmarum fiſſis lignis fiunt, quibus intertextis parietes fiunt aut lateribus coctis.* De Aſſyr. lib. præced. 16. pag. 861. dixerat, *veſtes gerunt, interiorem tunicam ex lino talarem, exteriorem ex lanâ, amictum album, coma eis parva eſt, calceamentum non ſanè magnum.* Hunc habitum fluxiſſe ex peculiari Semiramidis lege & præcepto locuples teſtis eſt Juſtinus lib. I. ubi de Semiramide ita ſcribit: *Brachia & crura velamentis, caput tiarâ tegit; & ne novo habitu aliquid occultare videretur, eodem*

orna-

ornatu & populum vestiri jubet: morem vestis exindè gens universa tenet. Excogitavit autem Semiramis, ut testatur Diodorus Siculus lib. 2. cùm iter instaret subitum & longum: (non ignoramus â Strabone lib. XI. ad Medeam hujus vestis originem referri) Et paulò pòst Strabo cit. pag. 849. *Tres sunt curiæ eorum, qui frumentò carent, palustres ii sunt & piscibus vescuntur, atque ita vivunt quemadmodum Gedrosii.* De Indis etiam est affirmandum, quòd apud eos talia instituta viguerint: nam sicuti idem lib. 15. Geog. p. m. 812. refert. *Propter simplicitatem ac vitæ frugalitatem res eis prosperè succedunt. Vinum non nisi in sacrificiis bibunt -- cibus quoque magnâ ex parte oryza sorbilis.* Hæc, ut dixi, citra dubium ex peculiari instituto fluxerunt. Ubi enim nullum intercessit interdictum, sed suæ quisque libertati relictus, continuò aliqua animadvertitur differentia. Quemadmodum etiam ibidem addit: *Non una omnibus cœnandi & prandendi hora est, sed ut cuique libet:* cùm tamen, ut ipse non dissimulat: πρὸς γὰρ τὸν κοινωνικὸν καὶ τὸν πολιτικὸν βίον *contraria sint accommodatiora.* Quò referri possunt etiam, quæ apud eundem leguntur de Lusitanis Durium amnem accolentibus, de quibus lib. 3. p.m. 163. refert, quòd *uno cibi genere purè frugaliterque utantur:* & eâdem pag. de illis, qui in jugis montium degunt, scribit: *Omnes, qui in montibus degunt, victu utuntur tenui: aquam bibunt, humi cubant, crines mulierum in morem demittunt, mitris faciem velati pugnant; maximè capros edunt; -- Montani duobus anni temporibus glande vescuntur quernâ. siccatam indè contusamq; molentes, atque è farinâ panem conficientes, itaq; eas ad suum tempus reponunt; zytho etiam utuntur, vini parùm habent, & quod provenit, statim in convivia cum cognatis insumunt: butyrum eis olei usum implet, ---* & pag. 164. *Nigro omnes utuntur vestitu, plerumque in sagis degunt, in quibus etiam*

etiam ſuper thronos herbaceos dormiunt --- mulieres veſtibus utuntur floridis. De Gallis lib. 4. p. m. 212. *Cibus*, ait, *plerumq; cum lacte eſt, & omnis generis carnibus maximè ſuillis cùm recentibus, tùm ſalitis*. De Germanis autem idem Strabo lib. 7. ſub initium p. 330. teſtatur, *quòd & formâ & moribus & victu aſſimiles ſint Gallorum*; de multis aliis gentibus ſimilia ex ſæpè laudato Strabone alibi indagabimus. His Mahumedanorum inſtituta ad eundem finem ſpectantia intexeremus; verùm deſtinatæ huic exercitationi paginæ non ferunt: Multa hanc in rem in Alcorano, Summulâ Petri Cluniacenſis, Euthymio Zigabeno, Theophanis Chronographiâ, Georgii Cedreni compendio hiſtor. Johann. Zonar. tom. 3. in diſputatione Philoſophi Chriſtiani adverſus Philoſophum Saracenum, in Vincent. Bellovacenſ. in Hiſtoriâ Wilhelmi Epiſcopi Tyri, Pauli Æmilii hiſtoriâ de geſtis Franc. Chronico Abrahami Zacuthi apud Scaligerum, in Johanne Leunclavio, interdum ex profeſſo hæc tractantibus, interdum obiter quædam attingentibus, B. L. reperiet.

COROLLARIUM.

I.

AN verba Judæi cujusdam, quæ adducit Johannes Buxtorfius ad part. 1. lib. Coſri p. 30. fidem mereantur, vehementer dubitamus. Recitabimus illa, judicium lecturis permittentes, ſic verò ex interpretatione laudati viri ſonant: *Inveni ſcriptum, quod Ariſtoteles Græcus -- Præceptor fuerit Alexandri Macedonis, qui toti mundo imperavit, cùm Alexander cepiſſet Hieroſolymam, præfecit Ariſtotelem, Præceptorem ſuum, theſauro Salomonis, tunc Ariſtoteles perſcrutatus libros Salomonis, eos accepit & ſub ſuô nomine publicavit, addens illis errores ſuos, libros autem Salomonis abſcondit, ut ſic perſvaderet mundo, Ariſtotelem ipſum hæc omnia compoſuiſſe.*


S. D. G.

przynaglony będźie, przytym przyłącza śie ieszcze, iż gdy iakie Szlachetne Miasto lub Gromada z Podatkiem w delaćię zostanie Dwor za to do odpowiedźi poćiągany będźie.

Ażeby iednak Zaspokoienie Podatku z potrzebnym Porządkiem czyńiło śię więc zaleca śię ninieyszem, ażeby każdy do Podatku obowiązany, kwit na zapłaconą ostatnią Ratę wszelakiego

der Steuer mit der erforderlichen Ordnung zu betreiben; so wird hierdurch anbefohlen, daß ein jeder Steuerpflichtiger, die Quittung über die zuletzt bezahlte Rate, einer jeden

Gat-



dern daß selbige für ohnvermeidliche Folgen des Krieges gehalten werden müssen.

Da Seine Königliche Majestät sich hierin so gnädig bewiesen haben; so haben Allerhöchstdieselben andererseits auch das gewisse Zutrauen, daß dagegen die September = Rate des ganzen und halben Rauchfanggeldes, so wie die übrigen in dem Eingang dieses Publicandi benannten gewöhnlichen Landes = Abgaben, je nachdem ein jeder zu dieser oder jener Gattung derselben verpflichtet ist, auf das pünktlichste und promteste werden abgeführt werden.

Zum Ort der Ablieferung wird hierdurch das in der Stadt Pilica errich-

trzymane być musi.

Kiedy JK. Mść., w tym tak łaskawie się okazała; więc też ma te wielkie zaufanie, iż przeciwnie Rata Septembrowa całego i puł Podymnego, iako też inne wyż wyszczegulnione zwyczayne Podatki Kraiowe, im ktorzy do tego lub innego gatunku Podatkow obowiązany iest, iak naypunktualniey oddane i wypłacone będą.

Mieysce do złożenia ich, naznacza się w Exakcyi Pilickiey, i usta-